

TESTAMENTUM DE SANCTO VICENTI DE RIANGULO QUE FECIT
ANNAIA CITIZ

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Ego Annaia Citiz facio cartam testamenti propria mea uoluntate, pro remedio anime mee, a Sancto Facundo et Primitiuo et Diaco abbati uel omni collegio fratrum qui ibi sunt uel fuerint de uno monasterio cum suo auere, uocabulo Sancti Uicenti, in terra de Rianguulo iuxta riuulo de Bieron, in certo loco, in Barneto. Do uobis ipso monasterio cum omnia sua prestantia uel adiacentia et sua fructuaria uel tota omnia que ad eum pertinet uel pertinere debet ab omni integritate iubeo deseruire ecclesie Sancti Facundi, ut inde serui Dei habeant subsidium temporalem et ego ante Deum de peccatis meis remissionem.

Quod si aliquis homo hoc meum factum infringere conauerit quomodo pariat quantum in cartula resonat in duplo uel triplo et insuper D solidos de argento.

Facta carta testamenti XIII Kalendas octobris, era I CXXXV. Regnante rege Adefonso in Toletu. Petrus episcopus Legionis conf. Ego Annaia Citiz hunc scriptum roboro (signum). Ecta Rodriquiz conf. Fernando Uermuiz conf. Pro testes: Iohannes, Gundisaluo, Romano, testes. Dominico presbiter notuit.

(En el documento siguiente, 1020, aparece firmando como Anaia Citiz de Rianu).

COLECCION DIPLOMATICA DEL MONASTERIO DE SAHAGUN
TOMO III DOC. 1019 PAG. 355 MARTA HERRERO